



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Fasti Mariani

Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Vigilivs Ep. M. 26. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

*veritas indicat, aut etiam superiorum. Quapropter nolite comparare majoribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli uni. S. Bern. serm. 37. in Cant.*

## S. VIGILIVS EP. M. 26. Iunij.

**V**IGILIVM Pontificem Tridento Roma submisit annos non nisi XX. natum, sed jam tunc, si virtutes numerasses, grandævum. Ergo ab hæresi urbem, à superstitione deinde omnem latè viciniam purgavit. Eâdem operâ morbos, dæmonesque hospites è corporibus proscripsit, fana diruit Deorum, & solo Veronensium & Brixienfium agro templa Deo extruxit triginta. Felicem se etiam credidit: cum hospes, hospitem D. Remedium excepit; sed magis oculos recrearunt homines mille & amplius, quos omnes à fide aberrantes in viam reduxit Remedius, & ad VIGILIVM adduxit. Cæterùm cœpta inter eos familiaritas semper deinde duravit; & ad morientem in solitudine Remedium accurrunt VIGILIVS, ære campano ex pacto suapte sponte monente. Iustis deinde persolutis, cum ædiculam Remedii in templum vellet consecrare, præviniri se ab Angelis per quietem lubens volens vidit. Porro ab Aunaniz etiam populos Legatos misit suos, quos cum impij adorti neci dedissent, ipse in illos movit, debellatæque superstitione, ubique locorum trophæum Christo victori Crucem fixit. Et jam reliqua valis unica Randena erat. In hæc illi Superi triumphum decrevêre. Nam cum unus unicus in hostium cuneos irrupisset, & æreum Saturnum restitius cælo quàm Iupiter pulsurus, dejectum fractumque in præterfluentem abeiecessit, ipseque iam basi statuæ deinceps insistens, ad concionem dice-

diceret, densissimo lapidum imbrequitus, ipsoque triumpho suo est obrutus. *Ex Ferrar. & 10.3. Bav. S.*

*Dilectio fraterna omnibus desiderii amplectenda est, quæ tot bona potest habere, quot premia: custodienda præ omnibus Virtutibus pax est, quoniam Deus semper in pace est. Locum non demus inimico, ne inter mella venena felle amariora confundat. S. Pet. Chrysol. ferm. 53.*

## S. LADISLAVS C. 27. Iunij.

**L**ADISLAVM Belæ primi Regis Vngarorum filium, imò MARIAE vides; ita totus ab huius uberibus, dum vixit, pependit, sed neque mortuus, ut audies, dimisit. Cæterum vix alius regum tot virtutibus: aut purpuram ornavit, aut coronam distinxit; ut minùs mirer, si legam aulam ejus ab Angelis frequentatam esse. Certè ipse ab Angelo germanum suum vidit coronari, sed & Angelum sub cervi schemate ignitis cornibus locum vidit signare, quo promissam MATRI MAGNÆ ædem conderet. Eorundem Cælitum ope, cum in multis aliis pugnis, tum in duello contra patrum suum Regem Salomonem victor evasit. Etenim cum hic cum uno rem sibi LADISLAO crederet esse, conspexit sub congressum, contra duos præterea Angelos sibi certamen esse, qui gladio jam jam Salomoni graves imminuebant. Nolu itaque, etsi Hercules sibi ipse videretur, in tot tantisque pugnare; sed abiecit arma, pacem coluit. Toties victor LADISLAVS coronam tamen ferre Vngariæ semper respuit, nobiliorem & immortalem ambiens, quam ut faciliùs obtineret, facere fortiter pro terrâ sanctâ constituit. In eâ proinde expeditione, cum Dux lectus esset omnium copiarum, ecce